

num sit, quod persona summa æternaq; ^{concordat}
 satisfactione immensa infinitaq; ^{summo}
 bis acquisivit. *Sexta* causa quare Deus ^{bonum.}
 justitiam nostrā per fidem apprehen- ^{Dei gra-}
 di voluerit, est veritas & promissio illi- ^{tia & ve-}
 us, cui fides innititur & acquiescit, & ^{ritas est}
 per quam Deus Abrahamo totiq; illi ^{fundam-}
 fideli semini justitiam est pollicitus. ^{mentum}
 Unde *B. Paulus Rom. 4.* arguit justitiam ^{nostra}
 nostram debere ex fide proficisci ut ^{justitia.}
secundum gratiam firma sit promissio. Super
 hac ergo promissione gratiæ in Chri-
 sto adimpleta fundavit Deus justitiam
 & beatitudinem nostrā, juxta illud ad ^{Omnes}
Gal. 3. Sicut Abraham credidit Deo & re- ^{fideles}
putatum est illi ad justitiam: cognoscite er- ^{sunt be-}
go quia qui ex fide sunt, ij sunt filij Abrahæ. ^{nedictio-}
Providens autem Scriptura quia ex fide ju- ^{nis Abra-}
stificat gentes Deus prænuñciavit Abrahæ, ^{hamica}
Quia benedicentur in te omnes gentes: Igi- ^{heredes.}
tur qui ex fide sunt benedicentur cum fide-
li Abraham. Atq; hæc gratia & veritas per
Jesum Christum facta est; Joh. 1. Septimò
 Deus justitiā nostram gratiæ suæ & me-
 rito Christi idcirco alligavit, ut soli
 Christo honor suus constaret: quia ex
 illo solo salus nostra est; Osee 13. & quia
 ipse justitiæ & salutis nostræ initium,
 medium ac finis est, ut omne os obstrua-
 tur;